

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**In hoc corpore continentur tripartite historie ex Socrate
Sozomeno et Theodorico in vnu[m] collecte et nuper de
greco in latinu[m] translate libri numero duodecim ...
Cassiodori senatoris iam ...**

Cassiodorus, Flavius Magnus Aurelius

Augustensis, [ca. 5.II.]1472

[Liber duodecimus]

[urn:nbn:de:bsz:31-323790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-323790)

pastoris educebat asparem et omnes qui cum eo erant . ac per pa-
 ludem adiacentē rauenne ad loca sperata peruenerunt. In ea nang
 ciuitate tyrannus degens habebat exercitum . unde nullus aliquādo
 transisse fert̄. Tunc ergo deus inadibibilem terram fecit adibilem .
 Transeuntes nang perficum paludis aquā . aperta sq; inuenien-
 tes ciuitatis portas tyrannum quoq; detinuerunt. Tunc ergo pijsi-
 mus imperator reuerentiam quā circa diuinitatem habebat ostēdit
 Dum enim circum expectaret ; nunciatum est ei tyrannum fuisse p-
 emptum. Quāobrem sermonem fecit in populo ; dicens. Venite si
 placet relinquentes hanc voluntatem . et pergentes ad ecclesiam .
 gratificos deo soluamus himnos ; Cui? manus tyranni presumpti
 ombus obuiauit. Quo dicto ; spectaculo cessante ; p medium cir-
 cum cuncti cum eo concorditer gratias agentes ad ecclesiam cōuen-
 runt. Ita ut tota ciuitas una uideretur ecclesia . uenientesq; ad locū
 orationis . iugi die gratias dño retulerunt.

Explicit liber xi. Incipiunt capitula libri duodecimi.

- De ortu valentiniani principis filij placidie, 1.
 De bonis atticī constantinopolitani pontificis. ij.
 De ordinatione sisinnij et moribus ipius et q; proclus ordinatur a-
 zici non sit susceptus. Ca. iij.
 De ordinatione nestorij . et q; sub eo in ecclis mala puenērūt. iij.
 De epheseno cōcilio contra nestoriū. Ca. v.
 Quomō iohannes antiocenus cyllū dānauerit, Ca. vi.
 De ordinatione maximiani constantinopolim. viij.
 Quāti epī ex alijs ad alias immutati. viij.
 Quō apud cretā quodā iudeo dicēte se esse moysen plurimi iudeoz
 deceptioe sunt mortui reliqui facti sūt xpiani. ix.
 De magno incendio constantinopolim factō et morte maximiani
 atq; constitutione procli. Ca. x.
 De conuersatione et morib; pcli, Ca. xi.
 De uictoria barbaroz, Ca. xij.
 Quō filia theodosij valentiniano sit iunda. Ca. xij.
 Quō corp; iohis epī sit constantinopolim reuocatū, xij.
 Quō eudoxia uxor imperatoris ad hierosolimā pperauit, xv.
 Quia proclus thalasiū senatoreū auctoritate sua cesarie cappadocie

THEODOSIUS OCCISO TIRANNO COGITABA

bat theodosius imperator cui deberet hesperiarum regna committere. Tunc valentinianus erat valde puer. natus ex matre placidia eius quidem amita. filia vero maioris theodosij. archadij et honoriij sorore. de patre constantio. qui ab honorio imperij iura susceperat. paruoque tempore cum eo regnauerat. Hunc ergo valentinianum consobrinum suum cesarem factum. mittit ad partes italie. cum quo matrem pariter placidiam eius vniuersam dispositionem. commisit imperij. Cuius voluisset ipse quoque italiam pergere. ut consobrinum ab imperij culmen eueheret quatenus sui vigore tyrannorum remoueret audaciam. Veniens usque ad thessalonicam languore prohibitus est. Quamobrem coronam imperialem post hec consobrinum per patricium silicionem mittens. constantinopolim remeauit. Nec de talibus retulisse sufficiat. Igitur atticus episcopus causas ecclesie sapientia mirabiliter disponebat. doctrinisque populum ad virtutis studia prouocabat.

Quis videt diuisam ecclesiam. cum iohannite seorsum apostolice semetipos sacra solemnia celebrarent. iussit ut in orationibus memoria iohannis haberetur. sicut aliorum dormientium episcoporum fieri consuevit. per hoc sperans plurimos ad ecclesiam reuocari. Largus autem sic erat. ut non solum pauperibus suarum parochiarum. sed etiam in vicinis ciuitatibus multas pecunias pro egetium consolatione transmitteret. Gallio pio namque presbitero ecclesie nicene trecentos aureos dirigens. hec scripsit. Gallio pio atticus in domino salutem. Cognoui decem milia esurietes in ciuitate a pijs exhibenda egere misericordia. Decem milia vero cum dico. multitudinem intelligo. non perfectum numerum comprehendo. Quia igitur ego quidem habeo perceptum numerum datum ab eo qui manum habet munificam. et prebet congrue dispensantibus. et contigit aliquos indigere habentes non tamen qui nescientes suscipiens. O carissimum michi caput. hos trecentos solidos expende sicut volueris. et maxime illis qui petere confunduntur et non eis qui pro-

vite ventrem magis negociant ex talibus. Noli igitur vel religio-
nem in hac parte considerare. sed vnā tantūmodo rem obseruas
ut nutrias indigentes. nec cogites si que nostra sunt sapere non vi-
dentur. Sic igitur atticus etiā procul indigentium habebat cu-
ram: sed etiā superstitionem aliquorum studebat absolvere. Au-
diens etenim nouatianos iudaicū pascha sequētes propter sabbatiū
fuisse diuisos. eiusq; corpus ab insula rhodi ubi mortuus fuerat
translatū. et plurimos ad tumulum eius orare noctanē mittens in
aliud sepulcrū corpus sabbati iussit abscondi. At illi consuete veni-
entes effossūq; reperientes tumulū: de cetero eum locū colere quie-
uerunt. Erat enim circa noīa locor studiosus. Nam dū quidā por-
cus in ore ponti euxini constitutus ex antiquo formatus appellaret
id est venenarius. mutato nomine eū locū senatoriū nominauit: et
neū ibi collecte predicarentur. nomine blasphemio locus ipse desi-
gnaretur. Sed et alium locum argiropolim p huiusmodi causa
nominauit. Chrisopolis ī capite bosfori constituta est: Cui? multi
antiquor faciunt mentionem. De qua ciuitate xenophon in primo li-
bro zeladicoz dicit: qz eā mirauit alchibiadis. et in ea constituit ut
qui nauigabant de ponto decimā sibi preberent. Videns ergo atticus
locū in contraria ripa chrisopoleos positū delectabilem et decorū ait
Argiropolis nominetur. Qui locus eius repente cognomen opti-
nuit.

Capitlm scōm.

Situr quibusdam dicentibus ei. non debere nouatianos intra ciui-
tatem missas facere: nescitis inquit quantū vobiscū in persecutiōe
constantij atq; valentis fuerint passi: qui etiā testes sunt nostre
fidei. Nam cū dudū ecclia fuerit diuisa: isti circa fidem nichil inno-
uarunt. Pro epi ordinatione aliquando veniens in niceā: ascle-
piadem nouatianorū vidit episcopū valde senem. Interrogauitq;
quo in episcopatu annos haberet. Quo respondente quinquaginta
felix inquit homo es. tanto tēpore bonis operis curam habens. Su-
per hec ait. Ego quidem nouatum laudo: nouacianos non appro-
bo. Tunc asclepiades quomodo hoc dicis episcopo? Vtrum atticus
illum inquit laudo: quoniam his qui sacrificauerant cōmunicare
noluit. Hoc etiā ego ipse fecissem. Nouacianos autem non laudo.
qz pro uilibz vicijs laicos gratia cōmunionis excludūt. Asclepias de

extra sacrificandi inquit peccatum etiam alia plurima sunt delicta
 scdm scripturas. que ducunt ad mortē, Propter quas suos quidem
 clericos. nos autem cōmunicare etiā laicos prohibemus. deo soli eop
 remissionis iudicium cōmittentes. Atticus igitur etiam suam pre
 scribebat mortem. Nam cum a nicea descenderet gallio pro presbite
 ro dixit. Ante autumnū constantinopolim venire festina s; si initū
 me denuo videre desideras. Si tardaueris. non videbis. Quo dicto
 mentitus non est. Anno namq; vicesimoprimo sui episcopatus. de
 cima die mensis octobris est mortuus. consolatu theodosij decimo s
 et valentiniani cesaris primo. Ca. iij.

Porro theodosius imperator a thessalonica reuertens eius exe
 quias non inuenit. Ante unū namq; diem quā ingrederet.
 ille sepultus est. Post paucos vero dies id est xx. tres mensis octobris
 nunciatū est quia valentinianus insulas. suscepisset imperij. Post
 obitum igitur attici. fit maxima de episcopi ordinatione contentio s
 alijs aliū postulantib; . Quidā philippū presbiterum querebant.
 alij proclum itē presbiterum. Sed omnis populus cōmuniter desi
 derabat ordinari sisinnium s; qui et ipse presbiter quidem erat. In
 nulla tamen ciuitate ordinatur sed in suburbano constantinopolis
 cui nomen oliua est ministrabat. Hoc suburbanum est positum cō
 tra faciem ciuitatis. ubi dies ascensionis saluatoris solemniter ce
 lebratur. Hunc ergo virum omnes laici diligebant pro sui reuerē
 tia s; et maxime quia fouebat pauperes oliua sui mensuram. Preua
 luit ergo vetū laicorum et sisinnius ordinatus est. vicesima octaua
 die february mensis. consulatu sequenti theodosij ducesimo. et valē
 tiniani iunioris scdo. Philippus autem presbiter cui prepositus erat
 in historia cristiana. quā triginta sex libris ipse conscripserat. ordinati
 onem sisinnij valde lacerauit. derogas ordinato et pariter ordinati
 bus et maxime laicis. Is enim philippus a iohanne episcopo diaco
 nus ordinatus. multa queq; conscripserat cōtra iulianum imperatorē
 Cuius tamen historia michi multam videtur habere confusionem.
 et non satis prodesse legentibus. Sisinnio igitur ordinato. conti
 git episcopum obire eizianum. Tunc sisinnius proclum in zizico
 consecrauit. Qui antequā proficeret ad eizicum. ciues precedentes
 dalmatiū monachū episcopū sibi met ordinatum. parui pendentes

regulam qua iubetur preter constantinopolitanū pontificem ordi-
nationem ibi fieri non debere. Quō ideo ciziceni neglexerunt. q̄ atti-
co soli hec lex personaliter prestita videbatur. Mansit ergo proclus
non habens ecclesiam propriā. qui tamen in doctrina ecclesiarū con-
stantinopoleos valde florebat. Igitur hisinnius cū duos in episco-
patu compleisset annos. defunctus est. consulatu hierij et ardaburij
vicesima quarta die decembrij mensis. vir famosissimus castitate. et
rectitudine vite sue. mansuetus moribus. sine vlllo figmento remo-
tus a causis. Quāobrem curiosis viris tristis et inefficax videbat̄
Capitulum iij.

Defuncto hisinnio. imperatoribz visum est nullum ex ecclesia
constantinopolitana ordinare pontificem. eo q̄ essent vane
glorie et sibi met arrogantes. Cum vtqz multi philippum. plurimi
proclum habere desiderarent. Interea deliberatū est aduenam ab an-
tiochia deuocare. Erat enim ibi quidam nestorius nomine. genere
germaniciensis. bone vocis et simul eloquij. Ideoqz eum quasi oportu-
num doctrinis euocauerunt. Cūqz transissent tres menses nesto-
rius venit ab antiochia. qui castitate inter plurimos p̄cipuus ha-
beatur. Quibus autem fuerit moribus institutus. sapientes a pri-
mo eius sermone non latuit. Ordinatus enim decima die mensis ap-
rilis consulatu felicis et tauri. mox illam diuulgatam corā omni
populo protulit vocem. faciens sermonem ad principem. Da michi
inquit o imperator terram purgatam hereticis. et ego tibi celum tri-
buo. debella mecum hereticos. et ego tecū debello persas. Nec cū
dixisset. licet quidam odio haberent hereticos. tamen leuitas sensus
eius. et indignatiōis iniūm. et vane glorie tumor. eis valde displi-
cuit. Quia neqz paruulum tempus sustinens. ad talia verba descē-
dit. Et scōm prouerbium. ut ita dicā cū neqz ciuitatis adhuc gu-
stasset aquā. persecutor feruentissimus apparebat. Quinta vero or-
dinationis die. oratorium arrianorū in quo latenter cōuentebāt au-
ferre volens. eos ad tantum furorem perduxit. ut idē oratoriū con-
cremarent. Que causa etiā vicinas consumpsit edes. turbaqz vehe-
mens in ciuitate prouenit. Verū arriani semetipos defendere prepa-
rabant. sed eoz consilium custos ciuitatis dñs impediuit. De cetero
autem ipm nestoriū vocabant incendiū. nō solum hereticū. s̄ etiam

128
qui eius fidei cōcordabant. Non enī silere patiebat. sed semp contra
hereses machinatus quantū ad se subuertit funditus ciuitatē. No-
uacianos autē de populari tēptabat. eo q̄ paulus eorū episcopus pre-
ditus esse reuerentia diceretur. sed proceres eius impetum refrena-
runt. Quanta v̄ro circa ahiā. libiam. cariam. contra quarto deci-
manos mala cōmiserit et quanti propter eū circa miletū et sardis
facta seditione sunt mortui nunc omitto. Quā v̄ro p̄pter hec et
propter ineffrenatam linguam receperit ultionem. post pauca nar-
rabo. Nunc itaq̄ res memorabilis indicanda est. Quedā gens
v̄ltra rhenum fluiū est burgundionū. Isti vitā quietam agunt. et
pene omnes fabri lignorum sunt. ex qua mercede pascuntur. Quorū
regionem huius crebra inuasiōne vastabant. et plurimos occidebāt.
At illi licet anxietate constricti ad nullum se tamen hominū contu-
lerunt. s̄ alicui deo se cōmittere cogitabant. Tunc audientes quia
romanorū deus fortiter adiuuat se timentes. omnes cōmuni consi-
lio ad credulitatem xp̄i confugiunt. venientesq̄ in vnā ciuitatem
galliarum rogabant ut ab episcopo xp̄ianū baptisma mererentur.
At ille eos septem diebus faciens ieiunare. et imbuens fide. baptiza-
tos octaua die abire precepit. Qui sumpta fiducia. contra tiran-
nos alacriter festinabant et spe sua priuati non sunt. Nam cum rex
hunorū nomine suparius per noctem fuisset ciborū nimia voracita-
te corruptus. burgundiones gentē inimicā sine duce reperientes. et
pauci pluribus resistentes. facta congressione vicerunt. Nam cum
essent isti tria milia. circa decem milia peremerunt. et ex illo cuncta
gens feruentissime in xp̄ianitate permansit. Eo tempore barbas
arrianorū episcopus est defunctus. Consulatu theodosij xiiij. et valē-
tiniani tercio vicesima quarta die iunij mensis. In cuius loco sab-
batus ordinatur. Nestorus itaq̄ agens preter consuetudinem eccl̄ie
contra se plurimos incitabat. sicut eius actus ostendit. In germen-
si etenim helleponti ciuitate. anthonius erat episcopus. Qui cogno-
scens instantiam nestorij aduersus hereticos macedonianos et ipse
persequi festinabat. quasi patriarche imitatus imaginē. Porro ma-
cedoniani aliquātulum sunt perpeffi. Cūq̄ antonius vehementer
insisteret. iam molestiam non ferentes ad scelus se durissimū con-
tulerunt. Mittentes etenim quosdam viros et q̄ rectum est secundo

loco ponentes. interemerunt eum. Hoc factum macedonianorū
nestorio maiores persecutionis dedit occasionem. Persuasit enim im-
peratoribus; ut eorum ecclesie tollerentur. Quāobrem constantino
poli eis ablata est ante murum veterem posita ciuitatis et cizico; et
alie plurime quas habebant in belleponto. Quorum aliqui ad ec-
clesiam confugerunt in consubstantialitatis fide consentientes. Sed
sicut ait scriptura ebriosis vinum non deest. neq; contentiosis lites.
Sic quoq; nestorio amanti persecutiones. euenit ut persequeretur
semper ecclesiam dei. Erat cum eo anastasijs presbiter ab antiochia
pariter destinatus. Quē nimis honorabat; et veluti consiliarium
habebat in causis. Aliquando igitur coram ecclesia anastasijs do-
cens ait. Dei genitricem; mariam nullus appellet. Maria enim ho-
mo fuit. et deum ab homine generari nimis est impossibile. Hoc
cum auditum fuisset; plurimos clericorum et laicorum pariter con-
turbauit. Olim namq; didicerant deum pariter cristum et nullatenus
eum per dispensationem velut hominem a diuinitate separari crede-
tes apostolice voci que dicit. Et si cognouimus secundum carnem
cristum. sed nunc nequaquam cognoscimus. Quapropter relinque-
tes de cristo sermonem; ad perfectionem properemus. Tumultu si-
quidem sicuti dixi in ecclesia facto. nestorius anastasijs sermonem fir-
mare volens. et non redargui velut blasphemum qui ab eo vide-
batur honorari. frequenter ex hoc coram ecclesia doquit. et cum maio-
ri contentione questionem hanc habebat. sermonem dei genitricis
abijciens. Vnde diuisio nata est in ecclesia. et velut in nocturna lete
diuersi nunc his nunc alijs consenciebant. et verba propria denega-
bant. Nestorius autem apud multos in ea erat opinione. quia pu-
rum hominem diceret cristum. et tanquam pauli samosatensem atq; forti-
ni dogma. in ecclesias introduceret. Sed de his maxima questio mo-
ta est. et tumultus. ita ut vniuersalis synodus ageretur. Ego vero
legens nestorij libros que intellexisse cōperi hunc virum et cū veri-
tate conspexi. neq; pro eius inimicijs neq; pro gratia alterius ex-
planabo. Non mihi videtur nestorius neq; samosatenum secutus
paulum. neq; fortinum. neq; omnino purum hominem dixisse xpm
sed sermonem tantūmodo quasi metuendum expauisse. et hoc passū
quia decenter non erat eruditus. Qui dum naturaliter eloquens

fuisse. se putabat erodum et libris antiquorum interpretū de digna
 batur incumbere. omniumq; se meliorem putabat esse. ignorans qd
 in catholica iohannis epistola in antiquis exemplaribus habebat
 omnis spiritus qui soluit hiesum a deo non est. Nunc enim sensum
 ex veteribus exemplaribus abstulerunt. qui se parare volunt ab
 hominis dispensatione diuinitatem. Quapropter veteres interpretes
 hoc ipm designauerunt. quoniam aliqui adulterati sunt hanc epi
 stolam: soluere hominem a deo volentes. Est enim humanitas co
 pulata diuinitati. etiam non sunt duo sed vnum. Hac ratione co
 fitentes. antiqui mariā non timuerunt dicere dei genitricem. Pā
 philus enim eusebii tercio libro de vita constantini dixit. Etenim et
 generationem sustinere qui nobiscum est deus. propter nos voluit
 et locus eius in carnate generationis nominatus est apud hebreos
 bethleem. Quāobrem et belena augusta deo amabilis. locum ubi
 dei genitrix peperit. memorijs mirabilibus adornauit. hanc sacratiss
 simam speluncā decenter irradiās. Sed et origenes in primo tomo
 de epistola pauli apostoli ad romanos ait. Quomodo dei genitrix
 dicatur. latius animaduerte. Apparet igitur nestorius ignorasse le
 ctiones antiquorum. Quapropter sicut dixi in sermone solo mora
 tus est et non solum eum sermonem examini dedit sed etiā omnino
 deum esse qui natus est denegauit. Nos enim fatemur quoniam qd
 de sancta virgine natus est crucifixus est et dominus est glorie sicut
 dixit apostolus. Si enim cognouissent. nunquā dominum glorie
 crucifixissent. Porro nestorius dixit. Noli gloriari iudee non cru
 cifixisti deum. Tanquā ipse dominus glorie idem non sit deus. Nā
 quia purum non dicit hominem xpm. sicut fotinus et paulus sa
 mosatenus. etiam omelie quas fecit ostendunt. Nusquā enim dei v
 bi subsistentiam perimit. h ubiq; eum subsistere confitetur et habere
 substantiam Non sicut fotinus et samosatenus eius existentiam pi
 mentes. Hoc enim et manichei a montano dogmatizare presumūt
 Sic igitur nestorium ego inuenio sapuisse ex eius libris Nō ergo
 mediocrem concussionem orbi terrarum tepidissima nestorij ratioci
 natio concitauit. Interea contigit scelus quōdam in ecclesia pro
 uenire. Serui quidam potentū genere barbari. dominū crudelem
 experiri. ad ecclesiā confugerunt: et portantes gladios ingressi sunt

ad altare. Cuius rogarentur exire. nullomodo voluerunt. sed imper-
diebant solemnia celebrari plurimis diebus gladios tenentes eua-
ginatos et parati se vindicare omnibus ad eos accedentibus insiste-
bant. Qui postremo vnum clericum perimentes. et alium vulne-
rantes. etiam semetipsos interemerunt. Quo facto. quidam transeu-
tium hoc scelus nichil boni ecclesie significari predixit. Nec veritate
priuatus est. Significabat enim populi diuisionem et deiectionem
eius quae fuerat causa diuisionis, Ca. v.

Non multo post tempore. iussio principalis episcopos vniuersos
ad ephesum conuenire precepit. Mox ergo post pascalem fe-
stiuatatem nestorius cum maxima multitudine venit ad ephesum.
Inuenitque plurimos episcoporum ibi fuisse collectos. Porro cirillus ale-
xandrinus modicum retardatus. circa pethecossten occurrit. Quinta
vero die post pethecossten et iuuenalis hierosolimorum venit. Porro
iohanne antioceno tardante. mouebant presentes episcopi questio-
nem. Cirillus autem alexandrinus episcopus. deflorationes quasdam
librorum nestorii faciebat. eum turbare volens. etenim erat inimicus
eius. Et cum plurimi deum confiterentur esse deum hiesum. ego
inquit nestorium bibentem et tremantem nequaquam confiteor deum
qua gratia mundus sum a sanguine vestro et amodo ad vos non
venio. Dum hec itaque dixisset cum reliquis congregabatur episco-
pis qui eius sententiam sequebantur. Presentes ergo in duos ordi-
nes sunt diuisi. Porro cirillus cum suis facto concilio nestorium vo-
cauerunt. At ille non obediunt. differens in presentiam iohannis
antioceni. Qui vero circa cirillum et omelias nestorii quas de hac
questione protulerat et sepius relegentes et ex ipsis iudicantes eum ve-
lut blasphemantem dei filium. damnauerunt. Hoc facto. qui circa nestorium
aliud apud se concilium facientes. damnauere cirillum et cum eo memnonem
ephesine ciuitatis episcopum. Non vero post multum venit etiam iohannes an-
tiocenus episcopus. et cognoscens quae gesta sunt. indignabatur contra cirillum tan-
quam seditionis auctorem. eo quod sic feruentissime nestorium fecisset damna-
tionem. Porro cirillus cum iuuenale volens se vlcisci contra iohannem. dam-
nauit etiam ipsum. His tali mixtione confusus. cognoscens nestorium
congregationem ad quam peruenisset dei genitricem mariam vocabatur dicens

Dicatur inquit etiā dei genitrix maria : et ab ea quā ferūt tristicā
conquiescāt. Sed nullus eū ex penitēcia talia dicentē suscepit. Qua
ppter hactenus damnat⁹ et in exiliū missus. dāsin habitare dinoscit
Hunc ergo terminū tunc sinodus habuisse noscitur. Que gesta sūt
consulatu bassi et antiōchi. vicesima octaua die iunij mensis. vi.

Porro iohannes veniens antiōchiā. et plurimos epōz colligēs
damnauit cirillum cū iā esset in alexandria Post paululum
vero tempus inimiciās resoluentes. ad gratiā sunt reuerfi. et sedes
alterutris reddiderunt. Post damnationē vero nestorij. dura constā
tinopolim turba contra ecclesias facta est. Diuisus est nāg popul⁹
ppter tepidū eius sicut dixi tractatū. Clerici tñ omnes cōmuni decre
to eum anathematizauerūt. Sic enī nos xpiani contra blasphemof
prolatū solemus appellare decretū. qñ eū velut in marmore scriptū
manifestū cunctis oñdim⁹. Ca. vij.

His ita puenientibz de electione epī questio rursus exorta est.
se multi philippū cuius iā feci memoriā. plurimi pdum eli
gebant : potuitqz p̄odus tenere pontificatū nisi quidā procerū pro
hibuissent dicentes. regulam ecclesiasticā nō pmittere eum qui alte
rius ciuitatis epus nominat⁹ est. ad alterā migrare ciuitatē. Qd̄ di
ctū populo reuocauit. Cūqz quatuor transissent menses post ne
storij damnationē. maximian⁹ ordinat⁹ epus in monachica quidez
vita. presbiteroz tamen collegio constitutus. Is enī opinionem re
uerendi viri olim habuerat. eo qz p̄p̄is sumptibus monumēta fa
briicaret ut in eis religiosoz corpora sepeliret. Erat enī idiota sermo
ne : se sub quiete viuere potius eligebat.

Quia vero quodā dicebant ecclesiasticā regulam p̄hibere. ne
p̄odus constantinopolitanā teneret ecclesiā cū zizico fuisse
ordinatus. volo pro hac re pauca narrare. Non enī michi hoc vere
dixisse vident⁹. s̄ aut inuidia faciente. aut ignorātes ecclesiasticā san
ctionē prohibuerunt. que frequenter in ecclesijs vtiliter factā noscū
tur. Eusebius itaqz pamphili in sexto historie ecclesiastice libro.
alexandriū vnius cappadocie ciuitatis ep̄m refert. qz cū venisset cau
sa orationis ad hierosolimā. tentus sit ab eius ciuibz et in loco nar
cisi epī constitutus. et de cetero omni vita sua ip̄i ecclesie preseeisse.
Sic igitur apud veteres sine vlla differēcia de ciuitate ad aliam

migrabatur ep̄s dum utilitas euocaret. Oportet aut̄ etiam ip̄am re-
gulam huic opi copulari. ut ostendatur. q̄ mentiti sūt qui p̄clū in
thronizare p̄hibuerunt

Regula octaua decima

Siquis ep̄s ordinatus ad parrochia i qua ordinatus est mini-
me p̄ficiat. nō sua culpa sed sine p̄lo respuete. aut p̄t quā-
libet aliam causam non necessitate factā hunc honorem ministerio
participari tantū nec eū misceri rebz ec̄cie in qua collectas celebrat s̄
sustinere q̄ p̄uincie sinodus suo iudicio terminauerit. Nec itaq̄ re-
gula est. Quia vero plurimi ep̄oz ex alijs ciuitatibz ad alias p̄t
utilitates tēp̄oz sūt migrati eoz nomina que sunt mutati subordi-
mus. Perigenes in petris ordinat̄ ep̄s et quō ciues eius eū suscipe
noluerunt. romane ciuitatis ep̄s iussit eum i thronizari in corintho
methropoli defuncto eius ep̄o. eiq̄ donec aduixit ec̄lesie p̄fuit

Ca. viij.

Regorius nazenzenz prius vnius cappadocene ciuitatis fuit
epus. Deinde bizanzio constitutus est. Meletius prius in ha-
stena ec̄cia p̄fuit et postea antiochie p̄sul ē constitut̄. Do-
sitheum seleucie episcopus. Alexander antiochenus episcopus in tar-
sum cilicie demigravit. Reuerētius ab archis phenicee in tirum mi-
gratus est. Iohannes de gorzolidia mutatus est in proconissum et
in ea p̄fedit ec̄lesia. Palladius ab balmopoli mutatur in aspona
Alexander ab balmopoli in adrianos mutatus est. Theosebius ab
apamia alie transfertur in eudoxiepolim. que dudum salambria
vocabatur. Policarpus de vrbe anta pristena misie in nicopo-
lim tracie mutatus est. Hierophilus de thrapezapoli frigie. mu-
tatus est in plutinopolim tracie. Optimus ab agaradanna fri-
gie in antiochia p̄sidie migratur. Siluanus a philipopoli
tracie. mutatur introadem. Tantos igitur quantos ad p̄sens in-
uenimus ex proprijs ciuitatibus ad alias migrasse nos memorasse
sufficiat. De siluano tamen qui ex philipopoleos thracie. in troa-
da migratus est. utile iudico pauca narrare. Siluanus quidam
rethor fuit. prius troili sophiste. et ad p̄fectum xp̄ianus vitamq̄
monachicam diligens. Is enim doctoris pallio vti despexit. Quē
post hec atticus ep̄us cōprehendens ep̄m philipoleos ordinauit. At
ille tribus annis in thracia degens nec frigora ferre valens cum

haberet corpus valde debile atq; subtile; rogauit atticum ut cum in
 locum alium constitueret dicens. non ob aliam causam nisi prop̄
 frigus ea se loca vitare. Cūq; alter pro eo fuisset ordinatus. mansit
 siluanus constantinopolim. vitam monachicā perfecte custodiens.
 Tantūq; fuisse vlla fuit arrogancia. ut plerūq; in tantā multi-
 tudine ciuitatis. cum solus de sparto procederet. Quodam vero t̄p̄e
 pretereunde troiane p̄sul ecclesie moritur. Troianiq; venerunt pe-
 tentes ep̄m. Cūq; cogitaret atticus quē ordinare deberet subito con-
 tigit ad eum salutandū venire siluanum. At ille videns eum mox
 cogitare cessauit. Tunc ad siluanum non habes inquit vlt̄ius oc-
 casionem. pro qua ecclesiasticas curas possis effugere. Troia nāq;
 non habet frigus. sed ecce apparat̄ est tuo corpori. opportunus a deo
 locus. prepara ergo temetip̄m et ad troiam continuo proficiscere.
 Migratur ergo siluanus. Quo factō miraculum qđ inter manū
 eius accesserit enarrabo. Nauis maxima que grandes columnas
 aduexit. nuper in litore troiano fabricabatur. Cūq; eam ad mare
 ducere voluissent. multis funibus atq; p̄p̄o trahēte nullatenus mo-
 uebatur. Qđ dum plurimis diebus ageretur. suspicati sunt naue
 a demonio retineri. Tunc ad siluanum venientes episcopum.
 rogauerunt eum ut in eo loco daret orationē; credentes hoc modo
 trahi nauem. At ille humili sermone dicebat se esse peccatorem.
 asserens hoc opus alicuius esse iusti non tamen suum. Quē dum
 rogassent venit ad litus; factaq; oratione tetigit vnū funem. iubēs
 ut insisterent operi cum labore. Tunc illis leuiter impellentibus.
 cursim nauis ad mare processit. Hoc miraculum reuerenciam illi
 viri cunctos fecit habere prouinciales. Qui cum esset etiā in alijs
 rebus eximius. videns clericos etiam de contencione litigancium
 negocia facientes. Nullum clericum aliquando iudicare precepit;
 sed petitiōes postulancū ip̄e suscepit. Rogabat vnū fidelium lai-
 corum amatoremq; iusticie. ut ip̄e litigantibus interesset. et termi-
 num iusticie definirer. Ob quā rem maximam apud omnes gloriā
 consecutus est. Cum igitur maximianus in vrbe constantinopoli-
 tana ordinatus fuisset episcopus. consolatu bassi et antonini quīta
 et vicesima die mensis octobris cause ecclesiastice quieuerunt.

Capitulum ix.

Quoniam circa hoc tempus multi iudeorum in creta christiani sunt facti. propter huiusmodi passionem. Quidam seductor iudeus finxit semetipsum esse moysen et celitus destinatum. ut iudeos illam insulam habitantes per mare deduceret. ipsum se esse dicens. qui olim filios israel per rubrum mare saluauerat. Circuibat itaque toto anno omnem quam illius insule ciuitatem. suadebatque iudeos ut crederent. mouens ut omnes pecunias atque possessiones relinquere. cum utique deducti per hoc mare. ad re-promissionis gaudia peruenirent. At illi hac spe capti omne opus proprium negligebant. contemnentes etiam possessiones suas et dimittentes eas quibuscumque personis. Cuiusmodi venisset dies quam designauerat seductor ille iudeus. eo precedente sequebantur omnes cum coniugibus et paruis. deduxitque ad quamdam rupem decliuam incumbente. iussitque ut thomomate semetipsos euoluerent. Hoc ergo faciebant priores. et cum venirent ad rupes. repente moriebantur tam dilacerati acutis rupibus quam in aqua necati. Plus tamen mori potuerunt. nisi deo prouidente quidam viri christiani superuenissent piscatores atque negociatores. qui alios cum necarentur eripientes recreauerunt. Tum alij eorum stultitiam sentientes alios ne semetipsos iactu interficerent tenuerunt. nuntiando eos mortem quam primo ceciderant. Qui etiam cognoscetes seductionem. culpabant se. eo quod facile credidissent. Cuiusmodi uoluerunt illum perimere seductorem comprehendere nequeerunt. Repente namque disparuit deusque suspicionem quia fuerit demum erroneus. humano schemate circumamictus. Pro hac itaque passione. multi tunc cretensium iudeorum ad christianam conuersi sunt fidem. *Ca. x.*

Posterea incendiū in ciuitate constantinopolitana. factū paulatim peruenit ad thermas que uocantur achille. deinde ad locum qui dicitur pelargus. ita ut nouacianorum comprehendetur ecclesia. Tunc paulum episcopum inter flammam ecclesie restitisse supplicanti deo ne ecclesia pariter cremaret. Qui locus ereptus est et hactenus septimo decimo die mensis augusti. apud nouacianos collectio celebratur. Hunc tamen locum non solum christiani sed etiam pagani ex eo tempore uenerantur. Maximianus igitur cum duos annos et sex menses ecclesiam gubernasset defunctus est. Consulatu ariobinde et asparris. die duodecima mensis aprilis in septimana maiore ieiuniorum feria.

quinta. Tunc igitur theodosius imperator sapienter cause prospexit ne rursus de episcopatu sedicionis questio aut tumultus in ecclesia nasceretur. Cum adhuc ergo corpus maximiani iaceret presentibus episcopis precepit inthronizare proclum. Ad etiam romani episcopi celestini littere firmauerunt. quas ad cirillum alexandrie destinauit episcopum et ad iohannem antiochenum et Rufum thessalonicensem. docens. quia nichil prohiberet alterius ciuitatis existentem episcopum in aliam demigrari. Inthronizatus igitur proclum exequias maximiani corporis celebrauit: de quo tempus est ut pauca dicamus. xi.

Proclus ab etate prima lector fuit. apud doctores tamen obseruans zelator quoque rethorice. Qui dum ad perfectam uenisset etatem: plerumque cum attico erat episcopo exceptor sermonum eius. Et dum proficeret. ab attico diaconus ordinatus. postea presbiter. A sifinio vero cizici consecratus episcopus. Nec equidem ei primitus peruenerunt. Postea thronum constantinopolitane sortitus ecclesie. Erat enim uir moribus optimus. et ab attico utiliter eruditus. omnia eius imitabatur. Sed in isto patientia potior apparebat. Et ille quidem hereticis se terribilem oportune monstrabat. Ille uero omnibus mitis erat: et sic eos potius quam uolenter flectere nitentibus. nullam heresim fatigare uolens. In hac parte theodosium imitatus imperatorem. Ille namque iudicabat contra culpabiles imperiali non uiri potestate: hic autem paruipendebat si quis de deo non ita saperet sicut ipse. In his etiam imperator laudabat eum. cum et ipse ueros sacerdotes imitaret et nequaquam persequi uolentes admitteret. Ego tamen presumptiue dico. quod mansuetudine omnes ueros sacerdotes euicerit. Ob quam causam hostes suos. extra belli certamina subiugabat. sicut ostendit in iosepho tyranno et facta post hanc positione barbarorum.

Post interitum namque tyranni. barbari quos ille contra romanos suum euocauerat in auxilium. parati. erant romanorum fines inuadere. Nec audiens imperator consuete hanc sollicitudinem deo commisit. et orationibus occupatus. cito promeruit quod quesuit. Que enim euenerint barbaris enarranda sunt. Dux enim eorum nomine rugas fulmine percursus interiit. Secutaque pestis maximam partem eorum hominum interemit et non solum hoc suffecit. sed etiam ignis de celo descendens. plurimos qui uidebantur remansisse consumpsit. Que res

barbaros in formidine magna constituit. non solum quia contra gentem romanorum fortissimam. arma leuare presumpserant. sed quia sic eos a forti deo iuari conspiciabant. Tunc enim proclus episcopus de prophetia ezechielis coram ecclesia faciens sermonem. de collata salute ab omnibus est laudatus. Cuius prophetie verba hec sunt. Et tu fili hominis propheta in gog principem. rosmosoch et tobel. iudico enim cum morte et sanguine et imbre quatuor et lapidibus grandinis. et ignem et sulphur pluam super eum. et omnes qui cum eo sunt. Et post pauca. et scient quod ego sum dominus.

Sicut imperatori propter suam mansuetudinem. et alia plurima prestitit deus quorum unum illud est. Erat ei filia ex eudochia nomine eudoxia. Hanc valentinianus consobrinus eius hesperiarum partium ab eo factus imperator petijt uxorem. Cuius theodosius annuisset. cogitabat in medio quodam itineris loco nuptias celebrare. placuerat quoque theodosius. Ipse enim venturum se constantinopolim promissit. Cuius ergo partes munisset hesperias constantinopolim venit ad nuptias. Quibus celebratis consulatu isidori et senatoris. uxore superata reuersus est. Non multo post episcopus proclus eos qui propter iohannis depositionem segregabant ecclesie restituit. sapientiamque suam contristatam mitigauit hoc modo. Corpus enim iohannis in cumanis sepultum tricesimo quinto anno post depositionem. constantinopoli iubente impatore reduxit et publice diuulgatum. in ecclesia apostolorum multo honore recondidit. Quod aduentum est sexies decies consulatu honorij theodosij septimo decimo ianuarij mensis die. ut thessalonicam ambo venirent. inter hec nunciauit valentinianus ne fatigaretur.

Paulus quoque nouatianorum episcopus eodem consulatu vicesima inlij mensis die defunctus est. Qui cum egrotaret nec diem tamen consuetam transgressus est nec orationes solitas pretermisit. Cuius esset morti vicinus. euocauit omnes clericos suos dicens. Cogitate episcopum eligere donec viuo. ne post hec turbas ecclesie nostre sustineat. Illis vero ei potius electionem dantibus. paulus ait. Ergo scriptam in huiusmodi rate professionem quia ipsum eligitis quem ego decreuero. Quibus hoc facientibus atque subscribentibus marciiani presbiteri nomen in carta conscripsit. atque designauit. Fecitque priores similiter signare presbiteros. eamque cartam apud marciij deposuit. scilicet ecclesie

nouatianorū ep̄m dicens, Si vixero michi reddere, Si mortuus fuero hic inuenietis q̄ debeat ordinari. Post cuius obitū tertia die resignātes et marciam nomen inuenientes eiusq; laudātes electionē sine vlla mora miserunt in tiberiade frigiē. vbi tunc habitabat: et comprehensum deduxerunt vicesima prima die eius mensis et ordinauerūt ep̄m.

Theodosius igit̄ impator pro beneficijs a deo sibi collatis gratias referebat plurimis honoribus x̄po sua vota compensās coniugemq; suam eudochiā ad hierosolimā destinauit. Hoc enim ei ip̄a votum habuerat si filiam videret nuptā. Que t̄a hierosolimis ecclesijs constitutas quā per singulas ciuitates positas honorauit. et cū pergeret et cū denuo remearet.

Ca. xvi.

Proclus autē ep̄us eodē tēpore septimo decimo impatoris theodosij consulatu rem mirabilem operatus est. quā nullus priorum fecit ep̄os. Cum enī firmus ep̄s cesarie capadocie mortuus fuisset. aderant cesarienses petentes episcopū. Cūq; cogitaret quē eis ordinare debuisset contigit ut ad eum salutandum die sabbato senatores vniuersi veniret. Inter quos thalassus qui prefecture illiricā ministrauerat dignitatē. Cūq; fuisset sicut habebat fama orientalem regere prefecturā. missa manu proclus pro prefecturę dignitate episcopatū et cesarie ciuitatis imposuit. Nec equitē in cōtra illō tempore gerebantur. Nos autem hic terminum faciamus historie in pace gubernari cunctas ecclesias exorantes. Nos ergo o sacratissime homo dei theodore tuā cōpleuim⁹ iussionē. finē facientes historie. in anno secundo tricentesimo quinq; olympiadis consulatu septimo decimo impatoris theodosij. *Explicit lib. xij.*

Historie tripertite libri numero duodecim. iam domino prestante finiunt feliciter. Non quidem arographati: Sed ip̄a. que a sūmo de missa est. arte: Per Iohannē Schübler regie vrbis Augustensis ciuem qm̄ diligētē impressi. Anno salutifere incarnationis Christi Diesu. Millesimoquadringentesimo septuagesimo secundo: Circiter nonas februaras, Laus almpotentī, Amen,